



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiæ

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Liber Decimus Quintus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](#)

V.

Purgationes sunt arbitrariae, c. inquisitionis 21.
extr. de accusat. c. significatis. extr. de adulter.

VI.

Purgatio non legitimè præstata debet iterum.

præstari, Innocent. in cap. cum dilectis. 15. X. de
purgat. Canon.

VII.

Innocentiam defuncti heres purgare potest
l. 22. pr. ff. de Jure fisci.

FINIS LIBRI DECIMI QUARTI.

LIBER DECIMUS QUINTUS.

CAP. I.

Quærere, Quæstio.

Axioma I.

A Inquisitio rei furtivæ non facilè concedenda in ædibus non diffamat. Brunnen. ad l. 2. C. quan-
do & quib. quarta l. 2. C. de alim.
pupill. prestand.

Limita: ut etiam tunc, si adsint probabilia
indicia & publica utilitas id exigat, inquisitio
non nisi autoritate publicâ fieri possit. arg. l. 13.
de offic. Praefid. Theodor. in Colleg. Crimin. cap. 2.
tbeſ. 2. lit. A.

II.

In alieno fundo nihil licet scrutari, e. gr. the-
saurum. l. un. in fin. C. de Thesaur. Excipe Me-
tallicodinas etiam invito domino. Brunnen. ad
l. 3. C. de Metallar.

CAP. II.

Quæstio.

Axioma I.

Omnis quæstio est de casu dubio, arg. l. quod
Labeo 9. ff. de Carb. edit. Bocer. de investit. feud.
cap. 5. n. 77. p. 56. quodsi nulla adit dubitandi
ratio, vocatur quæstio dominiana, cuius stulta est
dubitatio. l. 27. ff. qui testavi. fac. poss.

II.

Quæstio iuris probationem non requirit, cap.
sepe 44. ext. de appellat. à qua questionem facti
differe, p. gr. ex eo, quod ista facilius quam hæc
queat expediri, quia ius certum & finitum est,
l. 2. de jur. & fact. ignor. ut certa dari responsio
possit, cap. de muliere 6. extr. de sponsalib. nec
ullis exteris probationibus testium vel instru-
mentorum indiget: hæc autem non nisi produ-
cis testimoniis vel prolatibus instrumentis definiri pos-
sit. Adde, judicibus datis, de facto consulentibus
Præsides (vel Magistratus alios) qui eos dede-
runt, consilium non impertiri: quandoquidem
nec possunt, quia quæstiones facti in judicium
arbitrio & estimacione sunt: At de jure consul-
entibus respondere & consilium impertiri so-
lent Jurisconsulti vel Præsides (quibus Juriscon-
sulti semper assident, inde alesores etiam dicun-
tur) vel Principes (qui inde & se Jurisconsultos
dici affectant l. ult. C. de Legibus.) Hi inquam
omnibus de jure consulentibus respondere so-

lent. l. cum. quem temere 79. §. 1. de judic. l. pen.
ad Leg. Fabiam. de plagiari. l. 1. §. sed non utiq. 3.
ad SCium Turpili. l. ordine 15. ad municipal. l. vo-
luntatis defuncti q. 7. (quæ est facti quæstio, quæ
in estimacione judicis est) Cod. de fideicommiss.
Vid. Cujac. in Comment. ad d. cap. sape contingit
44. de appellat. Rebuff. ad l. iudex offic. 10. de bus,
qui sui vel alien. jur.

CAP. III.

Quæstum Jus.

Axioma I.

Quæstum jus difficilis admittitur & remitti-
tur, quām querendum, l. 6. in princ. qua in-
fraud. credit. Gail. 2. obser. 142. n. 15. Moller. 2.
semestr. 6. num. 3. Musculus de success. convent.
clasi. 1. membr. 2. conclus. 5. lit. c. num. 203. vide
supr. lit. l. cap. Jus neque per principem sum-
mum ex plenitudine potestatis auferri potest.
Mev. consil. 49. n. 18.

III.

Quæstum Jus per acquirentem primum in-
quovis successore reviviscit. Mev. consil. 38. n. 7.

CAP. IV.

Qualitas.

Axioma I.

Qualitatibus pluribus concurrentibus ab ea,
qua potentior est, denominatio fieri debet, l. cum
diversis 44. ff. de relig. & sumpt. fun. cap. quod in
dubio 3. extr. de consecr. Eccle. Jas. in l. imperium.
num. 3. ff. de jurisdict. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 3.
num. 58. idem si ex pluribus qualitatibus resul-
taret diversus effectus, tunc dignior & potio-
qualitas attendenda erit; Sebalt. Sapia ad l. Imper.
n. 3. ff. de jurisdict. Jason. consil. 64. vers.
quinto. lib. 3. Victor disp. de cauf. exempt. Imper.
concl. 30.

II.

Qualitates contrariae uni eidemq; rei attribui
non possunt, l. eum qui 23. ff. de usucap. Montan.
in tract. fin. reg. cap. 80. n. 1. 2. 3. per l. via consi-
lii 23. §. pen. & ult. ff. de servit. rust. præd. l. uxo-
rem 41. §. legavent 6. ff. de legat. 3. Bart. in l. si
quando. num. 9. & seq. C. de bon. vacant. propter
contrariae contrariorum affectionem, l. Melius
30. ff. pro soc. l. 1. C. de furt. Goedd. ad l. 8. ff. de
V. S. n. 5. vid. supr. lit. C. e. Contrarium.

III.

III.

Qualitas personæ loquentis intelligentiam verborum causat, Bald. in cap. 1. n. 6. de success. feuda. & ibid. Afflict. n. 143. vers. binc est. col. pen. Barbat. consil. 75. col. 2. vol. 4. Dec. in l. & militibus. n. 66. C. de testim. milit. Jason. in rubr. ff. de oper. nov. nanc. n. 7. vers. tercia conclusio. col. 3. Everhard. in Top. loc. 7. de mod. argum. Jason. in l. stipulatio ista. §. hec quoq. in fin. de V. O. Gabr. in concl. 1. de confutet.

IV.

Qualitas de persona ad personam non exten- ditur, l. 1. vers. plan. de confit. Princip. cap. pri- vilegium 7. de Regula Juris, in 6. Quod tam in odiosis, quam in favorabilibus procedere, ex Bal- do refert Menoch. 2. arb. judic. 353. n. 7.

V.

Illa qualitas attendenda non est, quæ in mate- ria, de qua agitur, nihil operatur, Hart. Pistor. 1. q. 33. n. 21. & 24. Carpz. P. 2. Cons. 14. Defin. 57. num. 7.

VI.

Qualitatem alleganti in eaque se fundanti in- cumbit ejus probatio, Dd. in l. 2. §. diem. ff. quernadim. test. aper. & in l. si quis non. col. 3. vers. & ipsa omnibus. C. de Episc. & Cler. Tiraq. de re- tract. consangv. §. 8. gloss. 7. n. 1. Paris. consil. 152. num. 5. Menoch. consil. 1. n. 49. Quoties enim ad actum certa qualitas requiri, non satis est actum probare, nisi & qualitas requisita probe- tur, l. 4. §. docere 12. ff. vi bonor. mpt. l. 1. §. quod autem ne quid in flamin. publ. Hyppoll. sing. 187. Myndung. 4. obser. 30. Gail. de pignor. obser. 4. n. 8. & 1. obf. 3. n. 6. & 2. obf. 106. n. 6. Gylman. p. 1. vot. 16. n. 51. p. 139. etiam si exorbitans esset, Joh. Andr. in cap. 1. verb. Christianorum. de ho- micid. in 6. Bald. in l. si quis non dicam. col. 3. C. de Episc. & Cler. Siquidem ubi Lex actum qualifica- tum requirit, non sufficit probare actum sine qualitate, l. Fulcinus 7. §. cum hoc edictum 2. ff. ex quib. cauf. in posse. eatur. Jas. in l. §. in eum. n. 3. vers. item nota ex eodem. verb. docere. ff. ne- quis cum, qui injus vocat. Matil. sing. 187. Quali- tas apposita. & in §. quia. pta. crim. n. 11. vers. ulterius quari potest. & in consil. 7. Summi coeli DEUS. n. 60. vers. nam qualitas. & n. 69. vers. & faciunt dicta. vol. 1. & in l. si quis. n. 130. vers. ul- terius antequam exam. cum seq. ff. de quib. Joh. Crot. in tract. de testib. p. 9. quæ fuit addita a Pet. de Moncada n. 305. vers. ego vero teneo primam. Alex. consil. 3. In causa & lite. col. 3. sub. n. 3. vers. unde dico. quid ab hoc, ut tales libri. & consil. 224. Viso processio inquisitione. n. 3. vers. & ubicumq. profertur. vol. 2. latissimè Tiraq. de retract. lign. §. 8. gloss. 7. Gramm. consil. 1. n. 50. vers. nec poterit in aliquo obesse. Cott. in memorabil. verb. qua- litas. Quocirca quoties Lex qualitatem aliquam requirit, ita demum ei locus est, si de qualitate ipsa constet, non si dubitetur, c. i. de homicid. in 6. ubi Joh. Andr. Bart. in l. 1. §. & parvi, quod vi aut clam. Alciat. ad l. ult. C. de transact. Unde succumbens in qualitate facti in parte, succum- bet quoque in toto, Felin. in cap. 2. n. 25. de re- script. add. Alex. in l. non solum. n. 2. de oper. nov. nanc. Gail. de arrest. cap. 4. n. 1. ideoque cum sub- certa qualitate quid conceditur, à quo remove-

tur qualitas, etiam res ipsa removetur, l. tutela 7. de capit. diminut. Zal. consil. 7. n. 8. vol. 2. cum quando est fundamentum intentionis, plenè & concludenter probanda sit, ut pluribus probant Jas. consil. 164. n. 3. lib. 2. Socin. jun. consil. 22. n. 22. lib. 2. Grat. consil. 9. n. 37. lib. 1. Argent. 1. consil. 74. num. 36. nec præsumptionibus locus relinquuntur, Afin. de Execut. cap. 29. n. 10. Heig. q. 16. n. 17. p. 2.

VII.

Qualitates possunt abesse & adesse circa sub- jecti corruptionem, l. inter signantem 83. §. sa- crum 5. ff. de V. O. cum similib.

Intellige verum quod qualitates accidentia- les ab extra tendentes, l. falsa demonstratio 33. ff. de cond. & demonstr. l. pta. conenza 72. ff. de conir. emt. secus ubi esset de esse rei, tum enim ta- lis qualitas bene attenditur, l. 1. §. remove 6. ff. de postuland. Bart. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obligat. Unde & olim si à qualitate & forma actionis aliquis recessisset in una syllaba, cadebat à toto, ut notat Innocent. in cap. Pisani 1. per il- lam text. de restit. spoliat. & sic non poterat ab- esse circa subjecti corruptionem, ut patet in l. 2. C. de formal. sublat. & l. quasitum 78. §. illud fortasse 4. ff. de legat. 3.

IX.

Qualitas non est confundenda cum essentia, Arnil. 2. relect. polit. c. i. fct. 2. n. 13. ita pater propter impietatem non desinit esse pater, c. si verò in fin. Nov. 12. ita injusta est uxor, i. c. non secun- dum Leges ducta l. 13. de rit. mpt. l. 24. de adult. quia Legibus uxor habetur, l. si uxor. 13. §. 1. eod. ita civitatem etiam sine justitia civitatem esse, sed non rectam, dixit Aristot. lib. 3. polit. cap. 6.

X.

Qualitatibus causæ expressis, perinde est, ac si nominatum ipsa causa expressa fuisset, §. si quis in nomine. Ins. de legat. & ibi Port. & Jas. in addit. & Aret. ubi dixerunt, nihil interesse, an res per nomen proprium, an per qualitates exprimatur, vid. Pacian. 1. consil. 47. n. 22.

XI.

Qualitates, quæ cuique rei ex dispositione Le- gis aut hominis inesse debent, in dubio inesse præ- sumuntur, Gothofred. Ant. diff. feud. 1. thes. 7. lit. C. Unde accedit, ut feudum in dubio præsumatur esse rectum & proprium, nisi liquido contra- riuum probetur, c. unic. §. præterea 2. F. 2. ubi Bald. Præposit. & Alvarot. Setzer. diff. feud. 2. thes. 13. tit. 1. in fin. p. 103. limitationem vid. ap. Gothof- Ant. d. diff. 1. thes. 7. lit. d.

XII.

Qualitas, quæ semel cepit inesse, præsumitur perdurare, Ant. de morator. lib. 7. concl. 22. n. 35. ubi vid. confer supra locum de Præteritis.

XIII.

Qualitas subsequens qualificat omnia præ- dentia, l. Seja. §. Gajo. & ibi Bart. de fund. inscr. l. quasitum 78. §. i. & ibi gloss. ff. de legat. 3. l. talis 30. de leg. 1. Cephal. l. consil. 13. §. n. 50. five præceden- tia copulative, five alternative posita sint, vid. Far. 1. consil. 87. n. 3. & supr. lib. preced. c. præcedentia.

XIV.

Quæ qualitas superveniens actum vitiat, ea- dem ab initio existens eandem impedit, l. quis statue

status 8. de re militar. l. qui libertate 29. de liberali causa. Franc. Hottom. ad cap. unic. de milit. va-
sal. qui arm. bell. deposituit. 2. F. 21.

Limita: quod procedat regula, ubi eadem su-
pervenientia existentia ratio est: ita enim in d.l. 8.
parum interest, fueritne quis servus ab initio, an
verò per supervenientiam talis declaratus sit,
Arum, disf. feudal. 3. thes. 42. p. 572.

XIV.

Qualitas facti est consideranda, cap. 1. extr. de
collus. deteg.

XV.

Qualitas delicti aggravat penam, cap. non af-
feramus 21. 24. q. 1. c. ult. extr. de clandefin. de-
fonsal. cap. sacerdotes 33. & cap. seq. dif. 50. ex
qualitate enim penae arguitur efficacia ipsius
actus, l. si quis major 41. C. de transact. Lud. Go-
mez. ad §. penales. Inst. de act. num. 6. & ex qua-
litate penae gravitas delicti arguitur, Clem. i. §. que
omnia. ubi Gl. & Card. de pen. c. homo 2. dif. 40.
Felin. in cap. cum quidam. de jurejur. & in c. 1. de
simon. Ludov. Gomez. ad §. ex maleficis Insti-
tut. de act. n. 4.

XVI.

Qualitas personarum consistit in scientia, mo-
ribus & actato, Clem. i. & ult. de estate & qualita-
te.

XVII.

Qualitas voventis & causa mutationis con-
siderari debet in mutatione voti, cap. 1. c. magna 7.
extr. de vot. & vot. redempt. vide supr. lib. ii. cap.
Muratio. & inf. cap. Votum.

XIX.

Qualitas in subjecto stare non potest,
l. 4. ff. de act. emt. l. fin. ff. de collat. bon.
l. nec ullam 13. §. si quis absentis 12. ubi An-
gel. ff. de pet. ber. l. Pomponius 13. §. fin. ubi
Arctin. ff. de acquirendis possess. §. ideo au-
tem 3. Inst. de servit. pred. princ. Inst. de
usfr. [l. 2. ff. de usfr. fac. l. nam et si. v.
post defectum ff. de insulf. rupt. irrit. test.
l. queritur 10. ff. de stat. bon. fac. §. proxim-
mus Inst. de legit. agnat. success. l. in delictis
4. §. si extraneus 1. ff. de noxal. act. Bald. in
l. 2. col. 1. C. de bonor. possess. secund. tab.]
Anton. Gomez l. 17. n. 19. vers. primo. Sur-
dus confil. 34. num. 13. & confil. 150. num. 80.
& confil. 236. num. 15. & confil. 246. num. 6.
& confil. 304. num. 1. & confil. 305. num. 67.
Sebastian. Medicos de Regulis Juris, reg. 6.
per tot. Stephan. Gratian. discept. forens.
tom. 4. cap. 700. num. 49. & tom. 5. num. 51.
Castill. controversial. lib. 5. part. 2. cap. 168.
n. 50. & 51. Qualitas enim rei, que non est,
non potest considerari, Oldrad. confil. 203.
Factum est. vers. ad secundam questionem.
& ubi deficit subjectum, non potest qua-
litas considerari, Fulgos. confil. 93. Ex fa-
cto proponitur. vers. in proposito autem.
[quia inhæret subjecto, eique dat for-
mam. Text. in l. Titius 25. ff. de milit. te-
stam. c. statutum 22. de Elect. in 6. Paris. con-]

sil. num. 44. vol. 4. Vult. 1. confil. 33. n. 44.]
Et propterea qualitas præsupponit exi-
stentiam rei, vel facti qualificati, ideo
nisi proberetur res, vel factum, non pro-
batur qualitas, Baldus confil. 394. In causa
Ludovici. num. 4. quartò premitto. lib. 2.
refert Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 6.
lit. Q. concl. 6. per totam. [Unde qualitas
requirita non potest à facto principali se-
parari, l. Prator ait 4. §. docere 12. ff. de
vi bon. rapt. l. Fulcinus 7. §. cum 2. ff. ex
quibus caus. in possess. eatur. Decius con-
fil. 261. num. 2. Gail. 2. observat. 125. num. 9.
Alex. confil. 82. num. 14. vol. 3. Gail. de pign.
cap. 16. num. ultim. nec qualitas cognosci,
nec separari à subjecto, sed judicatur ta-
lis, quale est subjectum, l. queritur 10.
ff. de stat. bon. Baldus in l. 2. col. 1. C. de bo-
nor. possess. secund. tab. l. ejus 41. circa si-
nem. ff. si cert. perat. cum per facti qual-
itatem intelligatur substantia, ut ait Bal-
dus in l. liberè, col. 1. C. de oper. libert. Go-
mez ad §. actiones. Inst. de act. n. 23. ne
principalis natura per eam immutetur.
l. pen. C. de noxal. W elemb. in parat. ff. de
noxal. act. n. 4.]

XIX.

QUALITAS facilius datur & præsu-
mitur, quam substantia, Menoch. confil. 93.
num. 15. Surdus de aliment. tit. 8. privil. 56.
n. 96. & 97. & decif. 222. n. 71. & confil. 322.
n. 71. Steph. Gratian. discept. forens. c. 306.
n. 34. Rot. decif. 358. n. 13. p. 1. in poßiblum.
Farinacii, alias p. 3. recent. [Unde etiam
hæc facilius probatur quam substantia,
Gloss. in l. talis scriptura. §. fin. verb. uni-
vers. de leg. 1. Angel. in l. sciendum col. 2.
de verb. obl. Natta confil. 460. num. 3. vol. 2.
Aymo de antiqu. tempor. p. 2. n. 63. Farinac.
1. confil. crimin. 70. n. 72. Gratian. confil. 43.
n. 9. & 11. lib. 2. Maſcard. lib. 3. de probat.
concl. 1218. n. 4. & 5. Quanquam si privi-
legium probationis detur in aliqua spe-
cie delicti, intelligatur quoad proban-
dam substantiam delicti, non autem il-
lius qualitates & adminicula, Bart. in l. in
questionibus. ff. ad Leg. Jul. Majest. Baldus
in Antb. si testis produc̄tus. num. 7. Cod. de
testib. Gigas de crim. Ies. Majest. lib. 2. tit.
quoniam. & per quos crim. Ies. Majest. prob.
9. 5. num. 1. Camp. de testib. reg. 30. vers. 6.
quia. Eugen. confil. 27. n. 64.]

XX.

QUALITAS nova adveniens enti, ens
ipsum qualificat & reponit illud in diver-
sam naturam & speciem, §. præterea 5. In-
stit. de inutil. stipulat. cap. cum Martba 6. §.
questiōni de celebrat. Missar. c. statutum 22.
de

de Elect. libr. 6. l. si cui 70. ff. de legat. 3. l. i. ff. de donat. Jason. in l. jus autem civil. ff. de Justit. & Jur. Idem post Alex. in l. i. §. si quis simpliciter. ff. d. V. O. Hyppollit. Sing. 520. Qualitas. Menoch. remed. 6. recip. posse. num. 8. & consil. 35. num. 13. Surdus decis. 2. & consil. 321. n. 12. cum seqq. & consil. 362. n. 13. & consil. 366. num. 23. Sigism. Scacc. de commerc. §. 7. gloss. 5. num. 159. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 754. n. 52. & cap. 936. num. 24. Mangil. de imputat. quest. 176. num. 4. [Jason. in l. si quis possibmo. §. filium. n. 51. ff. de liberos & possibmo. Surdus consil. 34. n. 43. consil. 131. num. 23. limitatque dispositio- nem Felinus consil. 25. num. 23. Quia ex qualitate cognoscitur, quid veniat in dis- positionem, Goedd. 1. consil. 26. num. 268. Felin. in cap. nonnulli. num. 102. extr. de re- script. Cephal. consil. 149. num. 14. & hanc regulam per cap. statutum 22. juncto cap. licet canon 13. de Elect. in 6. probat Andr. Siculus in repet. rubr. Cod. qui admitti. col. 15. & in tract. de præstant. Cardin. quest. 12. p. 1. col. 2. Et ideo homo mortuus non est homo propriè, sed homo mortuus, scilicet cum illa qualitate. Ludovicus Gomez ad §. item si quis. Instit. de act. n. 33. ita do- natio conditionalis propriè donatio non est. l. i. ff. de donat. quia non est simpliciter talis, sed cum qualitatè, juxta regu- lam: Quod ubique actus cum aliqua qualitate adest, puta sub conditione vel alia qualibet, non dicatur propriè talis, d. l. questum 78. §. illud 4. ff. de legat. 3. l. si cui lana 70. de legat. 2. Jason. in l. i. col. 1. in princip. ff. de re judic. Jason. in l. si tibi pe- cuniā. col. 2. num. 6. ff. si cert. petatur.] Non tamen mutat substantiam, l. si fundus 16. §. si res 2. de pignorib. §. minus 11. Instit. de hered. qua ab intest. defer. Brun. de arguento in 3. quest. princip. num. 7. Card. Tuschi. tom. 1. lit. A. conclus. 82. n. 12. Mutatione enim qualitatis rei substantia non mutatur, l. si fundus 16. §. si res 2. ff. de pignorib. §. minus 11. Instit. de hered. qua ab intest. defer. Sebas. Medicus de Re- gulis Juris, reg. 6. n. 5. [Ludovicus Gomez ad §. in personam. Instit. de action. n. 16. quemadmodum & qualitatis mutatio non tollit obligationem, l. certo generi 13. ff. de ser- vit. rust. præd. ubi si est constituta servitus vineæ, licet sit sublata vinea, hoc est, vi- tes, servitus tamen nihilominus solo de- betur, Jason. post Paulum & Angel. in l. si quis legaverit. in 2. notab. ff. de legat. 1. Consil. Arg. 1. consil. 88. n. 36. cùm acciden- tia non mutent essentiam, l. nobiliores 3. C. de commerc. & mercat. Dec. in c. postula-

§. in fin. de rescr. & in c. 2. col. 1. de consil. vers. in alia materia.]

XXI.

QUALITAS adjuncta verbo intelligi- tur secundum tempus verbī, l. in dictū, §. si extraneus 1. ff. de noxal. actionib. l. si tutoris 2. ff. quod jussu. l. Titius 25. ubi Bart. ff. de testam. milit. l. 2. l. 3. de auro legat. l. 31. ff. de vulg. substit. cap. Raynati 16. extr. de testam. cap. ult. §. item opponitur 22. q. 3. c. si eo tempore 9. de rescr. in 6. Arc- tinus consil. 15. Attento. n. 29. & 30. vers. nec. Signorol. de Homod. consil. 37. Factum sic proponitur. col. pen. vers. item per hoc. An- gel. consil. 194. Visio processibus. n. 2. Marfil. sing. 187. Qualitas. Castren. consil. 5. in- princ. vers. præterea lib. 1. & consil. 6. circa medium. vers. sed dictum eorum. & consil. 7. n. 2. vers. & hoc esse verum. lib. 2. Alex. consil. 20. Visio processu. n. 2. & 3. & consil. 30. Visio themate. n. 4. vers. circa secundum. lib. 2. & consil. 59. Visio themate. n. 11. lib. 5. & con- sil. 143. viso titulo. in princ. lib. 6. & consil. 5. Attentis. num. 3. vers. sed premisis. lib. 7. [Franc. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 3. Carpz. P. 2. Consil. 43. Defin. 14. n. 4. Petr. Duenn. in fallent. regul. jur. sub- lit. Q. reg. 156. vers. secundo fallit. & vers. fallit quinto. Menoch. consil. 225. n. 16. & con- sil. 227. n. 26. Bocer. de invent. feud. c. 5. n. 65.] Roman. consil. 442. Ut decisionem. n. 2. ubi quod qualitas, qua regitur ab aliquo verbo, intelligi debet secundum tempus illius verbi, à quo regitur. Mohedan. de- cis. 23. n. 1. de præbend. Vital. de Camban. in tract. clausular. pag. m. 263. n. 27. Me- noch. remed. 16. de recip. possess. n. 23. & consil. 107. n. 22. & consil. 211. n. 44. & con- sil. 169. n. 12. & consil. 335. n. 49. Pichard. ad §. proximus. n. 2. Instit. de legit. agnat. suc- cess. Avendan. ad l. 44. Tauri. gloss. 15. n. 2. Surdus de aliment. tit. 9. quest. 13. n. 5. & consil. 335. n. 20. & consil. 375. n. 37. & consil. 455. n. 5. Brunor. à Sole in locis communibus. verb. Qualitas. n. 23. Flamin. Paris. de resignat. beneficior. lib. 1. q. 11. n. 10. Garc. Girond. de privilegiis seu exempt. explicat. n. 290. Franc. Galet. in margarita casuum. conscientie. verb. Qualitas. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 268. n. 2. in 3. edit. Monet. de distribut. quotid. p. 1. quest. 9. n. 38. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. n. 143. Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 1. tit. de legitima resolut. 2. sub n. 7. vers. secundo qualitas. Cardin. Tuschi. practic. conclus. tom. 6. lit. Q. concl. 9. Rot. decis. 496. n. 2. apud Farin. p. 1. recent. ubi fuit dictum, quod ad hoc, ut hujusmodi

axioma verificetur, debet intervenire qualitas temporis verbū actu, & non habitu solum. Idem Menoch. de *presumpt.* lib. 4. pres. 81. num. 18. ubi limitat respectu personæ, cuius favore sapè qualitas juncta verbo non intelligitur secundum tempus verbī, Reinoſo *obser.* 64. num. 17. Duran. *Roxa* *decif.* 286. num. 10. Stephan. Gratian. *discept. forens.* tom. 5. cap. 976. n. 14. Ovid. de Amicis de jure emphyteut. q. 92. num. 5. Mangil. de *imputat.* quest. 77. num. 83. Et quest. 183. num. 2. Melchior Phœbos *Lusit.* *decif.* 101. num. 28. cum seqq. tom. 2.

XXII.

QUALITAS dispositionis ubi deficit, deficit ipsa dispositio, Glossa *verb. avocandum.* in l. *mancipia.* ff. de *serv.* *fugit.* Menoch. de *presumpt.* lib. 6. *presumpt.* 15. n. 47. Fulv. Pacian. de *probat.* lib. 2. cap. 14. num. 8. Camill. Gallin. lib. 4. de *verbor.* signific. cap. 9. num. 9. Mar. Antonin. *variar.* *resolut.* lib. 1. *resolut.* 82. num. 1. Surd. *confil.* 400. n. 16. Et *confil.* 514. n. 4. Qualitas à legē repetita, ubi cefſat etiam in caſu particulari, cefſat quoque legis disposiſio. l. 4. §. toties 6. ff. de *damn.* *infest.* l. 1. §. loquitur. 5. ff. de aq. quotid. Et §. cap. indemnitatis 43. §. pen. de *Elect.* lib. 6. Card. Pereira *confil.* 30. n. 39. vers. quam obrem illa qualitas. Et qualitates plures quando in ſimil concurrere debent, non ſufficit, ſi una adſit, niſi omnes concurrant, l. ſi beredi plures 5. ff. de *condit.* inſit. §. pen. inſit. de bered. inſit. cap. fin. de V. S. lib. 9. Gonzaſ. ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. n. 100. & qualitas reſpiciens plura de terminabilia, debet omnia æqualiter de terminare, l. nam hoc jure 4. ff. de *vulg.* Stephan. Gratian. *discept. forens.* cap. 752. n. 27. Et qualitas certo tempore requiſita non ſufficit, quod ſuperveniat, l. quid ergo 13. ff. de bis, qui not. infam. Surd. *confil.* 548. n. 3. [In diſpoſitione enim, quæ duas qualitates requirit, utrasque intercedere, opus eſt, l. ſi is, qui ducenta 13. §. ita 2. cum ſeq. ff. de reb. dub. unde & qualitas ſubin tellecta tacitè cefſetur repetita, arg. l. ſicut 9. ff. de *servit.* l. quanquam 62. de rit. nupt. l. 30. C. de fideicomiff. Et ibi Tira quell. in prefat. num. 6. Philipp. Match. 2. *Confil.* Marp. 26. n. 105. Quamquam ſi ex pluribus qualitatibus reſultare potest di versus effectus, dignior pōtiorque qualitas attendi debet. Sebaſt. Sapia ad l. *imprium.* n. 3. de jurisd. Iaſon. *confil.* 74. vers. quinto. vers. 3. Victor. *disput.* de caus. ex emt. imp. concl. 30.]

XXIII.

QUALITATES non entis nullæ ſunt,
Vide ſupra lit. N. cap. Non eſſe.

CAP. V.
Quantitas.

Axioma I.

Quantitas rei facit donum licitum vel illicitum. cap. veterum 3. extr. de donationib.

II.

Quantitas etiam in delictis eſt ſpectanda, l. 16. §. 7. ff. de *pæn.*

III.

Quoties corporis & quantitatis in eadem pe riode fit mentio, toties quantitas restrictive eſt adjecta & præcise præſtanda, quia ſi abſolute reſpectus videtur habitus ad quantitatem præſtañdam, e. g. ſi quis dicat: vendo tibi decem mo dios frumenti ē molendino meo.

Limite in legatis, quibus ſi fundus restrictive ſeu taxative ſit adiectus; v. gr. lego tibi ex vinea mea decem amphoras vini. Nihil debetur, ſi nihil in vineā natum ſit, l. 8. §. 2. ff. de *legat.* 2.

IV.

Quoties quantitas in diversâ orationis parte exprimitur per modum relationis ad corpus, toties demonstrativè eſt adjecta nec præcise præſta tur, quia ſi non tam ad quantitatem præſtañdam, quam ad corpus, unde præſatio fieri debet, re ſpectus videtur habitus. E. gr. ſi dicam, vendo ti bi fundum hiſce finibus circumſcripturn, qui eſt circiter centum jugerum.

V.

Quoties corporis in unâ orationis parte fit mentio, & in alterâ quantitas per modum corpori adiicitur, toties quantitas modificativè cen ſetur adiecta, & præſtanda, quia tunc contrahentes in corpus quidem coniuerunt; patet ramen, ipſos non minus vendere ac emere voluisse, e. gr. emam præſentem aceryum tritici, modo coniueat decem modios.

VI.

Quando incerta eſt nummi aſtimatio, in teſtamentis & contrahitibus de minori quantitate, intelligenda ſunt verba, l. 75. de leg. 4. Secus autem eſt, quando à jure proferuntur. Brunnem. ad l. 5. C. de ſuſcepitor.

De quaſi Contractu vid. *Contra* *atus.*

CAP. VI.
Quaſi delictum.

Quoties quis ex alterius delicto vel illicoito facto convenitur, toties eſt quaſi delictum, quia ſi non tenetur ex dolo & verâ culpa in ipſo delicto commiſſa, ſed ſaltem ex imputata, hinc

(R) impro.

impropriè, & quasi deliquisse dicitur. Exempla sunt in tit. *Instit. de oblig. quæ quasi ex delicto*. Declara in judice male judicante; hic enim utrum propriam commiserit culpam, tenetur tamen ex quasi delicto pr. *Instit. eod.*

De quartâ Falcidiâ vid. *Falcidia.*

De quartâ Trebellianicâ vid. *Trebellianica.*

CAP. VII.

Querela.

Querela diu porrecta, post commissum delictum, præsumitur: esse calumniosâ. l. 21. vers. quis. ff. si quis caue. Bald. consil. 37. quidam Tabellio. in fin. lib. 1. Francisc. Cason. de indic. & tortur. tract. 8. c. 1. n. 9. Foller. in practic. crim. in verb. item quod commisit falsitatem. n. 10. Marsil. in præf. §. diligenter. n. 201. Boët. decis. 42. n. 20. Cravett. consil. 75. n. 9. Cephal. consil. 187. n. 13. lib. 12. Vulpell. consil. 94. n. 5. Farin. 1. consil. crimin. 88. num. 11.

CAP. IIX.

Querela inofficiosi Testamenti.

Axioma I.

Quoties exheredatio legitimè facta, sed causa ab herede probari nequit, totes parentibus & liberis competit querela inofficiosi, quia sic quidem testamentum juxta Novell. 115. subsistit, adeoque nullum dici nequit; iniquum tamen adhuc censetur testamentum & contra officium pietatis factum. Hahn. ad *Wesemb.* b. t. n. 7.

II.

Quoties frater exheredatus eique infamis persona prælata est, totes illi competit querela inofficiosi, quia frater peccavit quoque contra officium pietatis, quod turpem personam fratri prætulerit. l. 27. C. de inoffic. testam.

Limita: si frater præteritus etiam sit turpis persona, l. 11. C. eod. Sic enim mores, quos quis in se probat, in aliis improbare non debet. l. cum maior 47. ff. soluto matrim.

III.

Quicunque semel voluntatem testatoris approbavit, ille querelam amplius instituere non potest. l. 9. ff. de neg. gesl. quia alioquin contra proprium factum veniret, quod ipsi permittendum non est. l. 25. ff. de adopt. Nec debet quis consilium suum mutare in alterius injuriam. Et ita qui acceptavit legatum, aut patrocinatus est heredi scripto, non potest postea tale testamentum improbare. l. 10. §. 1. l. ult. pr. l. 23. §. 1. de inoffic. testam.

Limita: ut procedat, nisi quis diverso respectu improbet voluntatem: ita qui ex necessitate offi-

cii aut alibi accepit legatum, adhuc ex sua persona impugnare potest testamentum. l. 4. *Instit. de inoffic. testam.*

IV.

Quoties quæstio est de heredibus descendib. totes temper ad illos transmititur querela ex jure sanguinis, sive preparata fuerit, sive non. l. 34. C. de inoffic. testam. Quia quod descendentes hæc querela est favorabilis, ergo ad illos extendenda.

Limita: ut procedat, modò exheredatus ante aditam à scripto herede hereditatem fuerit mortuus. d. l. 34. Sic enim exheredato non potest imputari, quare querelam non moverit. Zœf. ad f. de inoffic. testam. n. 63.

V.

Quoties ipse exheredatus hereditatem possidet, totes excipiendo proponere querelam potest. l. 8. §. 13. ff. de inoffic. testam. quia quicunque profunt ad agendum, multò magis profunt ad excipendum. l. 1. §. 4. ff. de superficie.

VI.

Quoties exheredatus post admisam culpam, in gratiam receptus, nec tamen testamentum mutatum fuit, totes datur querela inoffici. Struv. in not. ad Ant. Matth. de succession. cap. 5. aphor. 17.

CAP. IX.

Quies, Pax, Tranquillitas.

Axioma I.

Quies propriè versatur in animo ab omni litigio remoto, cap. 1. in fin. extr. de Syndic. Affect. in cap. 1. num. 10. notabil. 10. de offic. nostri judicarii. constitut. regni. Sicut enim nunquam quietum animum habere potestille, qui à liibus opprimitur, cum tumultus inhæreat litigantium animabus, §. 1. Autb. ut Cler. ap. propri. Episc. ita etiam pacata non potest esse Respubl. in qua potentes invicem litigant, quia ex liibus & contentionibus rixæ nascentur, quæ statum publicum postea offendunt, l. servus 20. vers. sed si aliqua ff. de O. & A. & l. ff. quia ingenua 21. §. in civilibus 1. ff. de captiv. Gomez in cap. dispensacion. num. 6. vers. nota primo de rescript. Et hanc contentionem unam esse ex causis, quæ publicam pacem impedian, attestatur Lucas de Penna in l. univ. nam. 16. vers. nonum est contentio. col. 9. C. publ. lexit. num. 12. Hinc est, quod non solum iura Canonica voluntate execrantur, sed etiam apud jus civile. similiiter dictum est, esse laudandam & non vituperandam cogitationem eorum, qui lites execrantur, ut habetur in l. item si res 4. §. fin. ff. de alien. jud. mutand. caus. Marsil. in verb. lis pendet. num. 222. vers. quod probi viri debannit. quare qui dum pro quiete publica quid largi-

largiuntur, ostendunt se velle præcindere omnes altercationis occasionses, quæ conservationem quietis impediunt, Luc. de Penn. in d. l. un. C. publ. lexit. col. 9. n. 16. vers. 12. pro rebus.

II.

Qui diu laboravit, tandem desiderat laborum requie gaudeat. l. 3. C. de Apparitor. praefector. prætor. Etideò humanum genus laborat, ut per actis sudoribus quiescat. Perez. C. eod. n. 4.

CAP. X.
Quietatio.

Axioma I.

Quietatio fit ad fidem dissolutæ quantitatis, quando illi, qui quietationem facit, in omnibus est satisfactum, l. dissolute 2. C. de condit. ex lege. antequam enim per omnia satisfactum sit, quietatio nulla debetur, Castr. consil. 377. n. 2. Wensem. 1. consil. 47. n. 42.

III.

Quietantias generales ut quis faciat, nemo compelli potest. l. cum Aquiliana s. ff. de transactionib. quia sunt captioæ, l. quid 3. §. contrarium 16. & ibi Bald. ff. de contr. judic. tute. idem Bald. in l. pætum q. 16. C. de collect. Everhard. in loc. Topic. à generalitate. n. 2.

IV.

Propter duplicem quietationem duplex præsumitur solutio. Brunnem. ad l. 2. C. de discussor.

V.

Quietatio generalis restringitur ad specificata. Bart. in l. 4. §. 1. ff. de pæt.

Limita: quod non porrigitur ad species de novo repertas vel dolo contrahentium subtraetas. Castr. consil. 207.

VI.

Quietatio debet fieri cum omnibus clausulis generalibus necessariis ad ejus robur. Bald. in l. pætum. 3. C. de collat.

VII.

Quietatio est stricti juris & tollit tantum soluta. Wensem. consil. 42. n. 42.

CAP. XI.
Quem, Qui, Quod.

Axioma I.

QUEM non honoro, gravare non possum. Vid. supralit. G. cap. Gravare.

II.

QUEM de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Vid. supralit. E. cap. Exceptio.

III.

Qui occasionem damni dat, damnum ipsum dedisse videtur. Vid. supr. lit. D. cap. damnum.

IV.

QUOD differtur non aufertur, l. quies 2. C. de prec. Imper. offer. cap. ancillam u. 32. q. 2. c. nemo desperandus, de paenit.

distinct. 7. cap. statutum 9. ubi gloss. verb. retardari, de baret. lib. 6. Garc. Gironda de privil. seu exempt. explic. n. 906. Addo Gonadal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. n. 62. Joh. Mar. Novar. quæst. forens. lib. 7. q. 31. n. 13.

V.

QUOD potui, nolui, quod volui, adimplere nequivi, l. 3. in fin. ubi gloss. C. de contrab. & committ. stipul. l. multum interest 6. ubi gloss. C. si quis alteri, vel sibi. cap. cum super 23. in fine, de offic. deleg. Surdus conf. 251. num. 36. Card. Tuschi. pract. concl. tom. 1. lit. B. concl. 133. num. 1. Achil. de Graffis decis. 17. in fine, de rescript. Handed. consil. 55. n. 81. lib. 1. Hieron. Magon. Florent. decis. 2. num. 14. Ovid. de Amicis de jure emphyt. q. 79. num. 9. Joh. Baptista Costa de facti scientia & ignor. inspect. 51. num. 10. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 809. num. 12. Cancer. var. p. 2. c. 6. n. 155.

VI.

QUOD non vis tibi fieri, aliis ne facias. Mattb. 7. & Luc. 6. l. justitia 10. ff. de justitia & jure. §. Juris precepta 3. vers. alterum non ledere. Inst. eod. tit. ubi Pichard. n. 30. dicit, quod non leditur alter, si id, quod nobis fieri nolumus, alteri quoque non faciamus. vid. omnino Golbert. Cognat. adag. 369.

VII.

QUOD quisque juris in alium statueris, ipso jure utaris, l. 1. ff. quod quisq. juris. Abb. consil. 101. In questione, in fin. lib. 1. Tiraquell. de retractu lig. §. 1. gloss. 13. n. 6. Cardin. Tuschi. practic. concl. tom. 6. lit. Q. concl. 49. Unde dici solet, qui in alio alter non judicet, quam in se ipso judicari vellet, l. 1. ff. de solut. Roman. consil. 55. Si voramus, in princ.

IX.

QUOD semel placuit, amplius disciplinare non potest, l. scut 5. C. de O. & A. c. quod semel 21. de R. I. lib. 6. Mayn. in l. nemo potest mutare 75. ff. eod. tit. gloss. verb. partibus, ad fin. in Clem. sapè de V. S. Mant. Dial. 94. Thom. de Thomasset. in floribus legum, regul. 266. Surd. decis. 265. num. 251. decis. 288. n. 5. Calder. Pereira de potestat. elig. cap. 16. n. 15. & de resolut. emphyt. c. 15. n. 7. Cardin. Tuschi. practic. conclus. tom. 6. lit. Q. concl. 48.

IX.

QUOD alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. l. quoniam 13. C. de Episc. & Cler. cap. quod alicui 67. de Reg. Jur. lib. 6. Thomas de Thomasset. in floribus legum, reg. 256. ubi

(R) 2

ait

ait procedere, quando alicui gratosè aliquid est concessum à Principe, secus autem si sit concessum à Jure communi.

X.

QUOD omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *l. ult. in fin. C. de auctorit. prestat. l. per fundum 11. ff. de servitut. rustic. pred. cap. quod omnes 29. de Reg. Jur. lib. 6.* [Exemplum potest poni in omni eo, quod est commune pluribus tanquam singulis: ut ecce, si plures habent fundum communem, & volunt constitutre servitutem in fundo, oportet omnium consensum intervenire, alias defectus redderer constitutionem inutilem. *l. receptum 18. ff. commun. pred.* aliud exemplum vid. in *l. 1. C. de auctor. prestat.* add. Alex. in *cap. Apostolica. distinc. 56.* Angel. Aretin. ad *§. 1. Instit. de tut. col. 2.* Bart. in *l. quod major.* & ibi pulchre Alexand. in *ad dit. ad municip.* Innocent. in *c. cum omnes de constit.* Alexand. in *c. non potest de re judic. gloss. in cap. ubi periculum verb. concorditer de Elec. Bald. Alexand. in *l. civitae. ff. si cert. petatur.* Felin. in *c. quod omnes col. 8. vers. in ea glossa cum seq. col. ubi ponit regulam cum pluribus fallentiis. Bart. in *l. nullis quod cuiusque universit.* Alexand. *consil. 25. col. 4. volum. 5.* Bald. *consil. 80. & consil. 128. lib. 2.* & in *l. fin. C. de auctorit. prestat.*] Pro solutione autem multorum, quæ solent objici in contrarium, communiter distingvi solet inter ea, quæ pertinent tanquam ad singulos, vel inspeciali, & inter ea, quæ pertinent tanquam ad universos, vel in communi, veluti ad collegium, ut in illis tantum procedat hæc regula, in his vero sufficiat major pars, *cap. 1. de iis, que sunt a majori parte Capit.* ita gloss. Dyn. & omnes in *d. c. quod omnes. gloss. 1. in c. cum omnes de constit.* ubi Dec. n. 5. Felin. à n. 15. & Exea à n. 1. 44. Padil. in *l. aquam. n. 3. C. de servit.* Anton. Gomez. var. *tom. 2. c. 3. n. 14.* Duen. *reg. 295.* Salzed. ad Bernard. *reg. 449.* Garc. *reg. 95. n. 4.* Azeved. ad Curiam Pisanam. *lib. 2. c. 14. lit. B.* [qua de causa regulam non procedere, quando de actu universitatis agitur, ubi sufficit consensus partis majoris, ut est electio, deliberatio. limitat Alphons. Modit. in *§. plebiscitum 4. num. 22. de I. N. G. & C. Klock. c. 6. de***

contribut. num. 112. vid. sup. lib. n. cap. Major.

XI.

QUOD quis mandato facit Judicis, dolo facere non videtur, *l. non videtur 128. §. qui jussu. ff. de Regulis Juris. cap. quod quis 24. cod. tirulo lib. 6.* Gregorius Lop. *l. 3. verb. pro mandato. titul. 16. p. 2.* Bonacols. *commun. crimin. part. 1. verb. mandatum, pag. mibi 109.* Tiraquell. *de paenit. temper. causa 34. num. 4. & causa 35. num. 1.* Capic. *decis. 122.* Grammat. *decis. 36. num. 81. cum seqq.* Farinac. in *praxi crimin. part. 3. ques. 89. num. 126. & ques. 97. num. 109.*

XII.

QUOD de uno negatur, de alio concessum esse videtur. *l. cum Praetor 12. ff. judic. l. ait Praetor 7. §. sed quod Papianus 10. ff. de minorib. cap. qualis 4. distinc. 25. cap. nonne 5. de presumpt.* Perez. per text. ibi, in *l. 9. gloss. 2. post princ. tit. 3. tit. 4. Ordinam.* & *l. 1. gloss. 5. tit. 15. lib. 8. ejusdem Ordin. D. Barbol. in *l. cum Praetor. in princ. num. 37. & 53. cum seqq. ff. de Judic.* Et è converso quod de uno conceditur, de alio denegatur, *l. maritus 21. C. de procurator.* *l. cum ita 63. in fin. ff. de condit. & demonstrat. d. cap. nonne.* Thomas de Thomaslet. in *floribus legum. regul. 297.* ubi at procedere, nisi sequatur correctio, vel absurdum.*

XIII.

QUOD major pars facit, ob omnibus factum censetur, *l. quod major 10. ubi gloss. Bart. & alii, ff. ad municip. gloss. verb. tractatus, in cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. lib. 6. latè & eleganter Rendina in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 36. num. 4. in fine.* Limita in actibus factis ab universitate, in quibus agitur de præjudicio particularium ipsius universitatis; tunc enim actus facti nullatenus valebunt, nisi omnes sint vocati, pariterque omnes consentiant, gloss. in *cap. quod omnes. de Regulis Juris, in 6. gloss. verb. constitutum, vers. dicas etiam, in cap. cum omnes. de constitut.* Rendina dict. *tom. 1. titulo 124. num. 5.*

FINIS LIBRI DECIMI QUINTI,

LIBER